



Per.
Lat
020

Moderator (szerkesztő — Schriftleitung) ephemeridis
JOSEPHUS WAGNER DR. Budapest, XI., Lágymányosi-
utca 20. szám (telephon: 68—6—34), ad quem epistulae
et manuscripta mittantur.

Administrator (kiadó — Geschäftsstelle) ephemeridis
ALEXANDER REGÉNYI, Budapest, VII., Barcsay-utca 5.
szám (telephon: 49—2—15) ad quem pecuniae[quae-
cunque dirigantur. (Postatak. csekksz. 57.292.)

Prodit Budapestini decies in anno. Pretium subnotationis an. 1934—35. est pro Hungaria 3 pengő; pro exteris
nationibus 4 pengő.

Segreteria di stato di Sua Santita.

No. 143.946. Dal Vaticano, 27 aprile 1935.

A Sua Eminenza Rev. ma
il. Sig. Cardinale Giustiniano Serédi
Arcivescovo di
Strigonio.

Il Rev.mo P. Giovanni Kisparti e il Signor
Giuseppe Wagner di costa hanno umiliato teste
al Santo Padre un esemplare della Rivista
«Iuventus».

Si compiaccia la cortesia dell'Eminenza
Vostra Rev.ma significare alle persone anzi-
dette che l'Augusto Pontefice ha benevolmente
accolto l'omaggio e imparte loro la Benedizione
Apostolica.

Con sensi di profondo ossequio Le bacio
umilissimamente le mani e mi professo

E. Card. Pacelli m. p.
di Vostra Eminenza rev. ma
U. mo dev. mo obb. mo Servitore vero

A Secretis Regni Suae Sancti- tatis.

N. 143.946.

Aedibus Vaticanis, die 27 Aprilis 1935.
Suae Eminentiae Reverendissimae
Domino Cardinali Iustiniano Serédi
archiepiscopo *Strigonieni.*

Reverendissimus Pater Ioannes Kisparti
itemque dominus Iosephus Wagner illinc modo
exemplar ephemeridis «Iuventus» Sancto Patri
humillime obtulerunt.

Dignetur² Humanitas³ Eminentiae Vestrae
Reverendissimae supradictis dominis nuntiare
Augustum Pontificem officium animo bene-
volentissimo accepisse illisque Benedictionem
impertivisse Apostolicam.

Cum sensibus obsequii⁴ profundi manus
humillime exosculo Vestras et me profiteor

E. Card. Pacelli m. p.
Vestrae Eminentiae Reverendissimae humillum,
devotissimum, oboedientissimum Servum verum

¹ mostanában = soeben

² méltóztassék = geruhen

³ szívesség = Höflichkeit

⁴ hódolat = Huldigung.



MAGYARORSZÁG
HERCEGPRIMÁSA

N. 1389/935. sz.

Amplissimo ac Reverendissimo

Dr. Ioanni Kisparti

a Scholis Piis, Rectori Superiori h. c.

Gaudio affectus perscribo me a Domino Pacelli, Secretario Suae Sanctitatis litteras apographo¹ adiunctam accepisse.

Ego equidem comprobationem laudemque de «Iuentute» nuper iam verbis expressam repeto meque precibus² piis³ commendans benevolentia ex animi sinceritate profecta persisto³ Strigonii, die 10 Maii 1935.

Iustinianus Card. Serédi

Princeps Primas Hungariae

Archiep. Strigon.

¹ másolat = Kopie ² ájtatos ima = andächtiges Gebet ³ maradok = verharren.

=====

Pilsudski †

Discipulis nostris Desiderius Bielek.

Pulsantur¹ campanae¹ in totius Poloniae urbibus et pagis. Polonia restituta mortem luget liberatoris sui, mareschallū Iosēphi Pilsudski. Lūget ex animo² etiam omnis Hungaria. Et hanc quoque ephemeridem magni illius viri meminisse dēbet. Longum est ēnarare, quis Polonis Pilsudski fuerit. Per ses quaterum saeculum³ Polonia ex numero librarum gentium extincta fuerat. Pilsudski passus, ēnīsus, proeliatus est, ut patriam suam resuscitaret et ā morte ad gloriōsam nōvam vitam revocāret. Félix ille, qui suī oculis vidit patriam sē dūce Deoque adiuvante dēnuō suī iūris⁴ factam.⁴ Vitam vixit Pilsudski faustum⁵ et ēventū fēlicissimam. Monstravit, quid prōbus vir prō patriā agere possit. Ad agendum, ad magna mōliendum nātus erat. Vir magni ingenii, fortissimus, impiger, patriae amantissimus. Praeclāre testatus est, dulce et decōrum esse pro patriā non solum mori, sed etiam vivere. Atque facere et pati fortia nōn solum Rōmāni cīvis esse, sed etiam Poloni et plāne viri cuiusque gentis ac natiōnis. Caeſarem narrant solitum esse dicere, nōn tam suā, quam reipublicae interesse, ut salvus esset. Pilsudski quoque ut quō diūtius vivēret, totius Poloniae intererat. Peropportūne Poloni accidit,⁶ quod mareschallus ille, quoad potuit,

nōn sōlum partes gentis diū sēgregatās coniunxit, rempublicam temperavit,⁷ exercitum disciplinae assūfactum validumque et bene armātum instituit, sed ad continuanda quoque opera sua⁸ socios sibi ēlēgit conciliāvitque et ēducāvit.

Iam ā puero patriae sors eiī cordī fuit. Iam tum arsit patriam liberandī cupiditāte. Usus est optimis ad id praeeceptōribus, excellētissimis historiae Polōnicae herōibus. Didiicit ex iis patriam cuīque vitā cāriōrem esse dēbēre et ad salūti reipublicae consulendum⁹ quamcunque occāsiōnem esse arripiendam. Haec saepissime sēcum reputābat: Nōn in aeternum Polōnia periit. Resurget sine dubiō. Polōnia, dormīs? Expergiscere!¹⁰ Prope astat diēs resurrectiōnis tuae. Et ita omnium librandī causā mōtuum¹¹ et sēditionum auctor suāsorque, dux et caput exstitit. Exsilio multorum annorum ob eam rem multatus¹² longē in Sibīriam missus est; mox Magdeburgī diu in Germāniā continēbatur.¹³ Sed non is fuit, qui periculo terrētur. Fortis viri est nōn perturbārī in rēbus asperīs. Exarsit subito bel-

¹ szólnak a harangok = es läuten die Glocken ² szív-ból = von Herzen ³ másfél évszázadon át = anderthalb Jahrhunderte lang ⁴ független lett = unabhängig geworden ⁵ áldott = heilsames ⁶ szerencséjük a lengyeleknek, = es ist ein wahres Glück für Polen ⁷ rendezte = ordnete ⁸ a saját munkája folytatására = zur Fortführung seines Werks ⁹ az állam javának előmozdítására = um das Wohl des Staates zu fördern ¹⁰ ébredj = erwache ¹¹ mozgalmak = Bewegungen ¹² büntették = gestraft, ¹³ volt internálva = war er interniert.

lum illud magnum annōrum 1914—18. Prūdentiā et fortitudine Iosēphi Pilsudski tum Polōnia resurrexit.

Sed intrā restitūtos iam finēs iterum cum hoste dēcertandum erat, cum rubris Russorum cōpiis immensīs. Ocissime bellum apparavit, audacter suscepit, fēliciter confēcit. Fortēs fortūna adiūvat. Exonerāvit¹⁴ Polōniā metū, liberāvit summō periculō Europam occidentalem, sicut Stephanus Báthory unquam et Ioannes Sobieski et ceteri adversus Turcos toties Christianos Europae populos fideliter defenderunt.


Mirum in mōdum artis bellandi perītūm sē praestitit, optimā viā et ratiōne¹⁵ hostēs adortus est, mīlitibus animos addidit. Militum ergā dūcem voluntas¹⁶ maxima fuit. Hostes terga vertērunt. Ingentes exercitūs fūsi sunt fugātūque. Quotiens Pilsudski cum Russis congressus est, semper victor discessit. Ipse mox bellum peractum in libro, quī «1920» inscribitur, perscr̄psit.

Omnī laude amplissimoque honōre dignus Varsoviam rediit. Admirabilis in eo inerat grāvitās atque auctōritās. Cīvēs dictatorem eum dīcēre, immo rēgem creāre voluērunt. Sed quo quis sapientior, eo est modestior. Nōmen rēgis¹⁷ reiēcit, exercitui tantum praeſuit. Rē ipsā tāmen vērus fuit pōpulō suō rex et imperātor. «Pilsudski locūtus, causa finīta.» Salus enim gentis usque ad extrēmū spīritū suprēma ei lex fuit.

In extrēmā vītā¹⁸ morbō grāvī labōrābat, sed dē hāc rē cēlāre¹⁹ gentem suam²⁰ voluit. Quo maiōre mors improvīsa suōs dolōre affēcit. Flēbant dē patriae patris morte summi atque infimi. Mori homines necesse est, sed melior pars nostrī morte cāret. Aedem Cracovensem, ubi multis cum lacrimis magnificāque fūneris pompā pōsitus est, Polōniā semper grāto animo adibunt et beneficiōrum memores.

Saepe nōbis quoque in mentem veniet Iosēphī Pilsudski. Nēmo nostrum nōn videt,²⁰ suaue quemque pōpulum fabrum esse fortūnae. Aemulēmur virōrum excellentium virtūtēs! Tanta vis virtūtis est, ut eam in hoste etiam diligāmus. Quanto magis in amīco! Iosēphus Pilsudski amīcus fuit patriae nostrarē. Sarco-phagus eius iuxta Stephanum Báthory positus perpetuum certē pīgnus erit²¹ Polōnōrum et

Hungarōrum amicitiae. Item Budapestinenses duae statuae, monumentum legionārii Polōni et ahēnea effigies (paterculi Bem) semper decla-



rabunt, quanti Hungaria Poloniae amicitiam pendat atque aestimet.

¹⁴ Megszabadította = er befreite, ¹⁵ kitűnően átgondolt terv szerint = einem gut überdachten vorzüglichen Plan gemäss ¹⁶ ragaszkodása = die Anhänglichkeit ¹⁷ a királyi címét = den Königstitel ¹⁸ élete alkonyán = zu Ende seines Lebens ¹⁹ nemzete előtt ezt el akarta titkolni = verheimlichen, ²⁰ mindegyikünk látja = ein jeder von uns sieht ²¹ záloga lesz = wird ein Pfand sein.

=====
Fragmenta e monumentis historiae Hungaricae in usum scholarum collecta notisque illustrata ab Albino Francisco Gombos.

**Enarratio de sancta corona Hungarica.
Ex Annalibus Weichardi¹ de Polhaim,²
archiepiscopi Salisburgensis.³**

(Relatio genuina.)

Anno Domini 1305 Wenceslaus⁴ rex Bohemiae mortuus est, et filius eius, Wenceslaus⁵, rex Ungariae,⁶ cepit regnare pro eo. Item anno Domini 1305 circa festum Michaelis⁷ Otto⁸ dux Bavariae⁹ intravit Bohemiam, datis sibi a Wen-

¹ obiit a. 1315 ² prope Linz ³ Salzburg ⁴ Venc. II. (1278—1305) ⁵ Venc. III. (1305—6) ⁶ 1304—1305 ⁷ dies 29. Sept. ⁸ rex Hungariae 1305—1308 ⁹ Bajorország = Bayern.


ceslao rege Bohemiae insigniis regni Ungariae, scilicet coronā, tunicā sancti Stephani regis,¹⁰ diademate et sceptro, contra voluntatem regis Romani Alberti¹¹ et ducis Austriae Rudolfi.¹² Qui sibi ponendo custodias, ne Ungariam intraret, omnes vias per quas intrare poterat, obstruxerant, sed idem dux¹³ hoc non obstante¹⁴ Austriam cum suis, quas de Bavaria secum duxerat, sub forma mercatoris latenter transivit. Et cum venisset ad quendam locum, qui dicitur Vischamund,¹⁵ ubi Danubium transfretare¹⁶ voluit, et cum iam navim ascenderet, quaesivit a quodam nobili dicto de . . .,¹⁷ cui coronam commiserat portandam, si ipsam haberet. Qui iam in mantica¹⁸ quaerens non inventit; et ob hoc tam praefatus dux, quam qui secum aderant stupefacti, praedictus nobilis ad unum miliare¹⁹ per viam quā venerat continuo est reversus; et ibi corona, sicut Domino placuit, est inventa in quodam palude. Qui ibidem²⁰ annis duobus et amplius commorans nunquam regnum adipisci potuit, sed multa mala ab Ungaris est perpessus, et diu in captivitate ab eis detentus, et mortis periculum vix evasit.

¹⁰ 997—1038 ¹¹ 1298—1308 ¹² (filius Alberti)
 1298—1307 ¹³ Otto ¹⁴ akadálytalanul = ungehindert
¹⁵ Fischamend, prope Bruck ¹⁶ átkelni = übersetzen
¹⁷ lacuna (hézag) = Lücke ¹⁸ iszák = Quersack ¹⁹ mér föld = Meile ²⁰ Otto in Hungaria.

=====

Heros Gorlicensis (1915—1935.)

Mareschallus Augustus Mackensen summus¹ et primus¹ Germanici exercitus¹ imperator¹ filio, qui Budapestini Germanorum legationem² administrat,² nuper convento in urbe nostra aliquot dies commoratus est. Augustus Mackensen, qui anno 1849 natus est, bello a. 1871/72. contra Gallos gesto voluntaria³ militiā³ praeclare functus³ in Borussorum exercitu munere⁴ suscepto⁴ paulatim ad summos militarium honorum gradus evasit. In bello gentium praeter⁵ ceteros⁵ excelluit; iam apud lacus Masurienses Russorum ingentibus copiis fusis⁶ fugatisque⁶ victoriae haud exiguum⁷ partem⁷ sibi⁷ vindicavit,⁷ sed maximam sibi laudem bellicam peperit, cum in Galicia apud Gorlice a. 1915 mense Maio Russorum aciem perfregit et a. 1916 autumno Valachorum exercitu




profligato⁸ Transylvaniam ab hostibus liberavit. Pro his victoriis nos Hungari Augusto Mackensen maximas debemus gratias, quare Universitas litterarum Budapestinensis iam a. 1717. ei honoris causa nomen et dignitatem doctoris impertiit. Est insuper a nostro rege cohortis⁹ equestris⁹ decumanae⁹ Albaregiensis⁹ praefecturā⁹ honorariā⁹ donatus. Nunc cum tot annis exactis iterum apud nos moratus est, arreptā occasione, quin eum summā veneratione prosequeremur, facere non potuimus atque a primoribus civitatis nostrae honorificientissime exceptus est. Sed ipse Mackensen, suum ut amorem erga Hungaros significaret, primum Budapestini in sepulchro militum fortissimorum bello absumptorum, deinde Albae Regiae in sepulchris cohortis suaे X. militum, qui in acie occiderant, coronas possuit. A. d. XV. Kalendas Iunias se in Universitatem consultit, ubi a Rectore Blasio Kenyeres acceptus summā laetitiā et manifestā intimi amoris significatione celebratus est. Qui amor viri de patria nostra insigniter¹⁰ meriti penitus¹¹ in animis nostris inhaerebit.¹¹

¹ vezértábornagy = Generalfeldmarschall ² mint követ működik = als Gesandter wirkt ³ mint önkéntes = als Freiwilliger ⁴ belépett = trat ein ⁵ különösen = besonders ⁶ tönkreverte = schlug in Grund und Boden ⁷ nem kis része volt = hatte nicht geringen Anteil ⁸ megsemmisítette = vernichtete ⁹ a 10. székesfehérvári huszárezred tulajdonosává tette = wurde zum Inhaber des 10ten Husarenregiments in Székesfehérvár ernannt ¹⁰ kiváló = hervorragend ¹¹ mélyen gyökeredzik = tief wurzelt.

In imagine nostrā ab laeva stat regulus Carolus, deinde archidux Fridericus, mareschallus Mackensen, ab dextera praefectus summorum¹² ducum¹² coetus,¹² Conradus e baronibus Hoetzendorf de exitu pugnae ad Gorlice tabulam geographicam spectantes liberant.

Car. Aes.

¹² vezérkar—Generalstab.



Georgius Stephano S. D.

(Huic opusculo in certamine Iuventutis praemium addicatum est.)

Petis, mi amice, ut tibi scribam, quid tempore feriarum egerim? Exeunte anno scholari, testimonii distributis libertas merita incepit. Primam partem respirationis domi agebam. Cotidie lavari, natare et naviculā¹ vehi¹ solebam in undis amoenis lacus Pelsonis.² Reliquum tempus plerumque in libris utilibus legendis consumpsi vel cum amicis in campo pilā lusi vel in viridario³ deambulabam.

Cal. Aug. ad propinquos visitandos Simigium⁴ abii. Multa in oppido aedifica antiquitatem spirant: arx prisca, residentia episcopalnis et templum monachorum⁵ antiquum. Ibidem est domus, in qua Alexander Kisfaludy, clarissimus ille poeta noster natus erat. Ante domum statua eius stat, quam posteritas grata fieri iussit. Inclytus⁶ poeta cum uxore, Rosaliā Szegedy in eodem sepulchro quiescit. Quid defuncti⁷ sub tegmine annosarum arborum somniant? Somniantne resurrectionem Hungariae, resurrectionem, in qua patria nostra rursus magna, integra erit? Ego equidem etiam illos sepulchro conditos id somniare arbitror, quod nos omnes credimus, exspectamus et speramus: resurrectionem magnam!

Cum amicis in montes Simigienses saepe excursiones feci. Semel et museum Darnayanum

visi, ubi multa monumenta antiquitatis accumulata sunt.

Dies cito praeterire. Nunc rursus domi sum et initium anni scholaris expecto. Interdum amicis, quos iam dudum⁸ non videram, occurro et quid novi tempore vacationis acciderit, inter nos enarramus. Ubi primum magistratus scholaris nos discipulos rursus asciverit, viribus et corporis et mentis recreatis acri diligentia ad studia varia addiscenda aggrediemur.

Age, amice, scientiam nostram assiduate,⁹ impigitate amplificemus, ut conditores patriae integrae et beatae fieri possimus! Vale!

*Georgius Steiner
disc. gymn. r. Keszthelyensis.*

¹ csónakázni = Kahn fahren ² Balaton = Plattensee
³ park = Park ⁴ Sümeg ⁵ szerzetes = Mönch ⁶ híres = berühmt ⁷ elhunytak = die Verstorbenen ⁸ már régen = seit lange her ⁹ kitartás = Ausdauer.



Sententiae.

Omnis artes, quae ad humanitatem¹ pertinent, habent quoddam commune vinculum et quasi cognatione² quadam inter se continentur. (Cic. pro Archia 1, 2.)

Studia litterarum adulescentiam alunt, senectudem oblectant, secundas³ res³ ornant, adversis⁴ perfugium ac solatium praebent, delectant domi, non impediunt foris, pernocitant⁵ nobiscum, peregrinantur, rusticantur. (Ibidem 7, 16.)

Trahimur⁶ omnes studio laudis et optimus⁷ quisque⁷ maxime gloriā ducitur. (Ibidem 11, 26.)

Philosophi etiam in iis libellis, quos de contennendā gloriā scribunt, nomen suum inscribunt. (Ibidem 11, 26.)

Insidet⁸ quaedam in optimo quōque virtus, quae noctes ac dies animum gloriae stimulis⁹ concitat. (Ibidem 11, 29.)

Adalb. Danczer

¹ finomabb műveltség = feinere Bildung ² rokonság = Verwandschaft ³ a szerencsét = Glück ⁴ balsorban = Unglück ⁵ éjjel (velünk) maradnak = übernachten
⁶ mindenjáunkat magával ragad = es zieht uns an ⁷ minden derék ember = die Besten ⁸ lappang = haften ⁹ inger = Antrieb.



Dies anniversarii hisce temporibus multi celebrantur, quorum omnium mentionem facere non possumus, non quia memoratu digni non essent, sed quia loco caremus. Hungari catholici memoriam filiae regis, *Sanctae Elisabethae* renovant, quae iam 700 annis ante canonizata¹ est. Hieromartyres² autem Britannici, *Ioannes Fisherus* et *Thomas Morus*, celeberrimus ille auctor «*Utopiae*» quater centenario ab eorum obitu vertente anno in album Sanctorum sollemnibus Apostolicae Sedis ritu et caeremoniis ascripti sunt. Amatores artis musicae ex operibus Sebastiani *Bach* et Georgii Friderici *Haendel* 2½ saeculis ante (a. 1685) natorum magna certamina³ musica³ pro memoria auctorum horum illustrissimorum instruxerunt. Qui picturā delectantur, pictoris *Bartholomaei Székely* anno 1835. nati recordantur. De sollemnitatibus Universitatis Budapestinensis anno 1635. conditae proximo, qui mense Sept. prodibit, fasciculo dicturi sumus. De meritis victoris Gorlicensis (1915), Augusti *Mackensen* hoc eodem fasciculo lectores certiores fiunt. Item narratiacula narratoris illius omnibus,⁴ accepti,⁴ Colomanni *Mikszáth* qui a. 1910 mortuus est, hic publicatur.

Georgius V., rex Britanniae, cui orbis terrarum de 25. anno regnandi expleto gratulatus est, hoc a gubernatore nostro telegramma accepit:

«Suis Maiestatibus, Regi Reginaeque Britanniae, Londinii.

Studio⁵ personarum Maiestatum Vestiarum atque omnis nationis Britannicae profundo sinceroque, quod et me, et totam nationem Hungaricam semper tenet, permotus grates huius regni unanimas⁶ benignitati Divinae Providentiae persolvō, quae Vestras Maiestates hunc diem festum videre⁷ sivit. Rogo liceat mihi spem in medium proferre Omnipotentem Vestras Maiestates etiam multos per annos cum gloriae atque incremento⁸ populorum Vos

amantium imperiique Britannici, tum etiam saluti totius generis humani servaturum esse.

Nicolaus e nobilibus Horthy gubernator.»

Regem Georgium aequē humaniter⁹ respondisse constat. Iubilao argenteo regis Georgii triumphi Caesarum Romanorum reviviscebant. Divitias immensas regum opulentissimorum (vulgo: maharadsarum) Indiae in pompa procedentium nunquam tanta multitudo Londinii admirata est. Etiam gentes incultae et maximo remotae — sicut in actis¹⁰ diurnis¹⁰ Britannicis legimus — gratulari regi voluerunt. Sic gens Powrarum in Candeschio orientali, ubi pater-



Rex Georgius.

familias etiam nunc iure verberandi poenae causā utitur, in honorem regis Georgii decrevit, ne quis uxorum per sex menses verberaretur. Alia gens, Phili voverunt se honoris causa totum annum ab omni parte honestos fore neque feras¹¹ furtim¹¹ intercepturos,¹¹ quamquam hoc libentissime facere solebant.

Expositio Bruxellis totius mundi sollemniter a rege aperta est summis magistratibus aliisque primoribus civitatis item diplomaticis et legatis praesentibus. Porticum¹² exterarum nationum

¹ szentté avat = heilig sprechen ² vörstanu = Märtyrer, ³ hangverseny = Konzert ⁴ közkedvelt = allbeliebt ⁵ rokonszenv = Sympathie ⁶ egyhangú = einstimmig, ⁷ megérni = erleben ⁸ gyarapodás = Mehrung ⁹ udvariasan = höflich ¹⁰ hirlap = Zeitung ¹¹ vadorzást úzni = wildern ¹² pavillon.



prima Danorum portas spectatoribus ab herede regni Friderico inaugurata patefecit.

Atheistae Russiae Sovieticae tam obstinate¹³ homines religiosos vexant et persecuntur, ut ceteri populi ad Nationum Societatem confugere cogantur interventionem quaerentes. Sed cum Galli magis timeant Germanos Christianos, quam Russos atheistas, metuendum est, ne Galliae eadem sors patienda sit, quae equo Horatii obvenit, qui hominis auxilio cervum vicit, sed hominem dorso depellere¹⁴ iam non potuit.

Grammophonum et radius. Diu iam fabricae grammophonorum et societas radiophonica Budapestinensis de usu gratuito¹⁵ discorum¹⁶ grammophoni certabant, donec nuper iudicium, magni momenti¹⁷ factum est. Re enim iudicata dehinc stationes¹⁸ radiophonicae¹⁸ discis grammophoni, quos emerunt, utentes nullam mercedem fabricis separatim solvere debent.

Cassianus Mattyasovszky mortuus est.
 «Quis desiderio¹⁹ sit pudor²⁰ aut modus²¹ Tam caro capit?» — dicimus cum Horatio. Rector superior h. c., rector doctissimus gymnasii realis ordinis S. Benedicti, qui totam per vitam, sicut proverbium Hungaricum dicit, «Ne muscae²² quidem nocuit,» imo omnes labores, omnia tempora in discipulis, exploratoribus,²³ in re institutoriā²⁴ atque humanitariā²⁴ consumpsit; quem omnis iuventus, ut patrem, ceteri ut amicissimum honorabant amabantque : abiit. Rē verā : «Multis ille bonis flebilis occidit». Cur vir tanta humanitatis nobis immaturā tristique morte ereptus est? Voluntas divinae providentiae inexplorabilis est. Iterum Horatius nos consolatur :

«Durum : sed levius fit patientiā,
 Quicquid corrigere est nefas.»

Et tu, vir optime, quem memoriā semper colemus, vale! Sit tibi terra levis!

Nuntii Horatiani. In primis de certamine cantandi publico²⁵ gymnasiorum die 26. Mai dicendum est, quia cantus obligatus ab omnibus discipulis pulcherrimus ille Zoltani Kodály chorus Horatianus «Rectius vives Licini» simul

cantatus est. Cuius sollemnitatis patronus, Elias Bitter, rector superior h. c., abbas Clavaraliensis,²⁶ rector *gymnasiī ordinis Cisterciensium* Budapestinensis etiam suā in scholā artem cantandi tantopere colit, ut chorus Zoltani Kodály supra dictus primum a discipulis Eliae Bitter cantari potuerit, cum Societas Amicorum Litterarum²⁷ Humanarum²⁷ Hungarica (breviter dicta «Parthenon») in Academiā Scientiarum Hungarica bimillennium Horatianum celebravit. In imagine nostra inter cantatores *gymnasiī Cist.* ab laeva abbas Elias Bitter, ab dextera regens chori omni laude dignus, magister Lucas Horányi sedet.

Altera imago discipulas *gymnasiī Sororum Anglicarum Kecskemétenses* ante oculos proponit, quae duabus in scenis e vita poëtae sumptis Maecenatem de philosophia cum Horatio colloquentem, deinde amicos ceteros cum poëtā disserentes egerunt.²⁸

Ex ephemeride, quae inscribitur «Discipuli Novopestienses», comperimus in gymnasio reali de rege Colomanno *Bibliophilo*²⁹ nominato magistrum Ioannem Vince renovavisse «Memoriam Horatii», postea Georgium Borsy (VIII. cl.) et Ernestum Töttösy (VII. cl.) dissertationem et carmen de poëta scriptum recitavisse. In oppido Pápa Iustinianus Babnigg, clericus ex ordine Fratrum Minorum³⁰ (discipulus VII. cl.) orationem Latinam de Horatio habuit. Gymnasium r. Arpadianum locum quamquam insolitum, tamen eo speciosiorem³¹ sollemnitati elegit, quae in amphitheatro Aquinci sub divo spectatores ita affecit,³¹ ut antiquitatem sentirent. Socius noster, Adalbertus Danczer rector h. c. non solum de poëta disseruit, sed etiam de choris, quos discipuli duce Josepho Willer cantaverunt.

Nuperrime missore³² Budapestinensi invitante chorus clericorum *Calasantini a Scholis Piis* duce Stephano Kozáky cum explicationibus

¹³ megátalkodottan = hart räckig ¹⁴ lerázni = abschütteln, ¹⁵ ingyenes = unentgeltlich ¹⁶ lemez = Platte
¹⁷ jelentőségű = von Bedeutung ¹⁸ rádióleadóállomás = Radiosendestation ¹⁹ sóvárgás = Senhsucht ²⁰ szégyen = Scheu, ²¹ mérték = Mass ²² légy = Fliege ²³ cserkész = Pfadfinder ²⁴ tanításúgy és jótékonyság = Unterrichts- und Wohltätigkeitswesen ²⁵ országos = Landes-, ²⁶ clairveaux-i apát = Abt v. Clairveaux, ²⁷ klasszikus műveltség = klassische Bildung ²⁸ előadták = aufführen, ²⁹ könyves = Bücherfreund ³⁰ minorita = Minoriten ³¹ feltűnő = auffallend ³² hatást gyakorol = Eindruck machen
³² leadó = Radiosender.

Josephi Wagner multas compositiones carminum Horatii cantavit, quae eis, qui conchas³³ auditorias³³ auribus affigunt, aequo placuerunt ac machinas³⁴ duarum³⁴ vel plurium fistularum³⁴ cum amplificatore³⁵ habentibus. Assistens Universitatis Leodiensis³⁶ (in Belgica) *Maximus Leroy* nobis nuntiat, quam digne studiosi bimillennium Horatianum celebraverint. Post dissertationem professoris M. J. Hubaux M. Leroy introductionem dixit de cantibus Horatianis, quorum quindecim a choro mixto duce Francisco Duysinx cantati sunt.

Anthologia musica Horatiana venalis³⁷ prostat³⁷ apud I. Fraknóy, Budapest, Trefort-utca 8. Pretium est pro Hungaria 2, pro exteris nationibus 3 pengő. Lectoribus «Iuventutis» pretium 40%-is minutum constituitur.


³³ fejhallgató = Kopfhörer ³⁴ kélámpás készülék = Zweiröhrenapparat ³⁵ hangerősítő = Verstärker ³⁶ Liège
³² kapható = ist zu beziehen

Litterarum commercium.¹

Duceem Pilsudsky Poloni Hungarie aequo lugent.

Honoratissime ac Carissime Domine Moderator !

Penitus² Vos rogo, ut grates iuventutis nostrae in ephemerede carā Vestra publicare



(Vide pag. 106.)

velitis. Vehementer gaudemus, quod sententiae³ a pueris nostris in dies crebrius permuntantur.³ Commercium litterarum nobis tribus cum gymnasiis est : singulis⁴ fere hebdomadibus⁴ epistola advenit. Diplomatia, quae populos amicos familiaritate coniungit, est optima.

Busko-Zdrój, die 20 Maii 1935.

Summa cum reverentia

Adamus Wilusz, director.

¹ levelezés = Briefwechsel ² szépen = herzlich ³ esz-mecser = Gedankenaustausch ⁴ minden héten = wöchentlich

Carissimis Sororibus et Fratribus, qui verba condolentia nobis miserunt, gratias agimus maximas. Litterae vestrae in Academia funebri lectae sunt. Nemo nostrum lacrimas tenebre potuit. In illo praeclaro homine lugemus civem patriae amantissimum, vobis Hungaris amicissimum et totius culturae humanae strenuum ac fortē propugnatorem.

Deus Omnipotens Duce nos trum, Iosephum Pilsudsky coronet in coelis gloriā vitae aeternae.

Discipulae et discipuli gymnasii Buscensis-Polonia.

Busko, 20 V. 1935 roku.

*

Eugenius Pintér, cui superiore in fasciculo de titulo professoris Universitatis nuper accepto gratulati sumus, his quae sequuntur litteris nobis respondit :

Carissime Amice !

Sit mihi fas intimo ex pectore tibi gratias pro officio¹ observantiāque¹ agere, quibus novissimo Iuventutis fasciculo tantam mihi laetitiam attulisti. Nunquam² ephemeredem a Te excellenter redactam legendō non² fruor semperque gaudeo, quod tam copiose iuventutem nostram in studio linguae Latinae adiuvas. Utinam tanto virium animi³ atque conatuum liberalium labori accommodati successus!

¹ megtisztelő figyelem = beeindruckende Aufmerksamkeit ² mindig = immer ³ szellemi = geistig ⁴ siker = Erfolg.

prosperi⁴ evidenter se adiungant! Gratiis pro
Tuo amore mei opusculoque excellenter scripto
iterum actis persisto

Bp., die 15 Maii 1935.

fidelissimus Tuus

Eugenius Pintér



Catastropha aeroplani gigantici in Russia.
«Caelum ipsum petimus stultitiā.» Horum Horatii verborum nobis in mentem venit audientibus, quomodo 48 hominibus moriendum fuerit. Aeroplano orbis terrarum maximum de «Maximo Gorki» nominatum 8 motoriis vim¹ 5000 equorum¹ aequantibus¹ instructum, quod alis 70 metrorum innixum praeter praesidium² 23 virorum 40 viatores vehere potuit, propter intemperantiam audaciamque aviatoris³ Saschin perit.

Qui suo aeroplano ita vectus, ut ab illo giganteo remulco⁴ traheretur, quamquam circuitus periculosos primum⁵ in caput⁵ prolabendo⁵ facere vetitus est, tamen circulationes⁶ artificiosas⁶ fecit, cum subito duo aeroplane collisa deciderunt.

Praeses ministerii Borussici, Göring cum uxore aeroplano vectus duobus aliis comitantibus Budapestinum advenit. Legatus⁷ Göring vir staturā procerā est, qui ipse aeroplano direxisse dicitur. Ab aéroportu Tempelhofensi usque ad descensum apud nos tres horas vectum est. Hospites nostri illustrissimi iter⁸ voluptatis⁸ causā⁸ susceptum⁸ tertio post adventum die identidem in aëre perrexerunt, postquam a gubernatore Iulioque Gömbös in audiencia officiose salutati sunt.

¹ lóerejű = von 5000 PS, ² legénység = Besatzung
³ pilóta = Flieger ⁴ vontatókötél = Schleppfiau ⁵ bukfencet vet = Luftpirouette ⁶ bravuros körforgások = Kunststücke ⁷ tábornok = General ⁸ kéjutazás = Lustreise

Septem nummi. (2.)

Narratiacula Sigismundi Móricz. Latine vertit Carolus Acs.

Et conversorum farraginem⁶³ scrutorum⁶³ reposui. Mater vero interea cogitabunda⁶⁴ torquebatur,⁶⁴ ubinam aliquid nummorum aliquando recondidisset. Sed res quaedam me acriter pupugit:⁶⁵ «Mater, inquam, scio locum, ubi nummi sunt».

— Ubinam, fili? investigamus eos, donec quasi nives licuerunt.⁶⁶

— In arca vitrei armarii.⁶⁷

— O infelicem puerum, inquit mater, bene sic se res habet; si prius indicasses,⁶⁸ iam



(Vide pag. 106.)

nullos haberemus. Consurgentes ad armarium nos fecimus,⁶⁹ quod quidem iam dudum vitro caruit, sed arca eius habuit nummum ibi, ubi ego eum esse sciebam. Per triduum⁷⁰ inde surrepturus⁷¹ eram, sed non sum ausus; atqui si ausus essem, crustula⁷² emissem.

— Iam tandem habemus quattuor numeros, inquit mater, ne⁷³ desponderis⁷³ animum,⁷³ iam maiorem partem habemus. Si hosce quatuor unā horā eruimus,⁷⁴ tres ceteros usque

⁶³ sok lom = den Trödelkram ⁶⁴ törte a fejét = zerbrach sich den Kopf ⁶⁵ furta az oldalamat = wurmte mich ⁶⁶ elolvadt = zerschmolz ⁶⁷ üvegszekrény = Glaskasten ⁶⁸ megmondtad volna = angegeben hättest ⁶⁹ mentünk (népies) = begaben wir uns (volkstümlicher Ausdruck) ⁷⁰ három nap óta = seit drei Tagen ⁷¹ készültem elcsenni = wollte wegstibitzen ⁷² cukrot = Zuckerl ⁷³ sose busulj! = verzage nicht ⁷⁴ megleljük = ausfindig machen.

ad merendam⁷⁵ reperiemus ; ad vesperam satis mihi temporis ad vestimenta lavanda suppetit. Festinadum,⁷⁶ videamus, an in ceteris arcis armarii singuli compareant.⁷⁷

Quodsi in quāque arca fuisset nummus, magnam vim nummorum habuissemus. Vetus⁷⁸ enim istud armarium talibus dominis serviebat, dum erat aetate⁷⁹ recens,⁷⁹ qui satis superque⁸⁰ habebant,⁸⁰ quae eo recondarent.⁸⁰ Enimvero apud nos haud multa onera sustentabat, non⁸¹ nequidquam⁸¹ erat tam tussiculose,⁸² tineis⁸³ corrosum⁸³ tamque edentulum.⁸⁴

Mater omnes armarii arcas huiusmodi oratiunculis affata est : «Haec erat dives, haec numquam quidquam habuit, haec pecuniā⁸⁵ mutuā⁸⁵ vitam⁸⁵ toleravit,⁸⁵ attat⁸⁶ tu,⁸⁶ mendicula, numquam ullum nummum habes ; haec numquam quidquam nummum habebit, quod est egestatis nostrae conservatrix ;⁸⁷ tu vero ne unquam habeas, nam nunc ipsum, cum primum a te peto, nihil mihi das. En ista habet plurimos nummos, exclamavit cachinnans, cum infimam arcam, quae nihil fundi⁸⁸ habuit, evelleret». ⁸⁹

Ex collo arcā suspensā ridentes humi consedimus. «Ehodus⁹⁰ — inquit — actutum⁹¹ pecuniam nanciscemur,⁹¹ in vestimento patris iam inveniemus.»

Ex clavis in murum infixis pependerunt vestes. O, rem mirificam, vix in sinum,⁹² quem fors⁹³ obtulerat,⁹³ mater manum inseruerat, illico nummum deprehendit.⁹⁴ Vix oculis credere ausa est.

«En nummi, clamavit, adsunt nummi. Quot habemus ? Ne numerare quidem possumus. Unus, duo, tres, quattuor quinque. Quinque sunt ! Duo tantum desunt. Hi duo nihil sunt. Ubi quinque sunt, facile duo invenientur.»

Sedula cunctos sinus excusset,⁹⁵ sed pro!⁹⁶ frustra. Ne unum quidem invenit. Ne sollertissimis⁹⁷ quidem⁹⁷ argutiis duos nummos alicunde extricare⁹⁸ potuit. Prae sollicitudine ac labore genae⁹⁹ matris roseo rubore ardebat. Matri enim interdictum¹⁰⁰ erat opere, quia cum operi¹⁰¹ instabat,¹⁰¹ statim aegrotare coepit. Verum hoc nimirum erat¹⁰² extraordinarium opus, quis enim a quaestu pecuniae arceri potest ? Iam appetivit,¹⁰³ immo iam abierat merenda tempus. Iam, iam advesperascit.

Patri cras indusio¹⁰⁴ opus erit, sed nequit lavari, puteali¹⁰⁵ enim solā aquā¹⁰⁵ sordes¹⁰⁶ oleosae¹⁰⁶ nequeunt elui.

Tum frontem feriens mater exclamavit : «O me asinum ! Meum ipsius sinum ne inspiciam ?»

— At certe inspiciam !

Atque inspexit. Et ecce, ibi quoque nummum invenit, qui erat iam sextus. Angoribus¹⁰⁷ aestuabamus.¹⁰⁷ Iam uno nummo opus erat.

— «Ostende tuum quoque sinum, fortasse ibi inveniemus !» Meos scilicet sinus ! Sane hercle ostendi poterant, certe in his nihil infuit. Crepusculum¹⁰⁸ ingruit,¹⁰⁸ et nos etiamtum non plus sex nummos habuimus, qui quidem, quia integri¹⁰⁹ non¹⁰⁹ erant, quasi nulli erant. Caupo¹¹⁰ Iudeus nobis nihil creditit,¹¹¹ vicini vero eādem atque nos, laborabant ēgestate. Quid? nos ut unum oremus nummum ? Quid faceremus ? Medullitus¹¹² derisimus nostram inopiam ac miseriam.

Tum ipsum intravit mendicus. Modulanti¹¹³ voce flebilissimam precationem profudit. Mater, tamquam mente¹¹⁴ captā¹¹⁴ visit eum : «Desine, bone, inquit, hodie totum meridiem hic desideo,¹¹⁵ quod unus mihi nummus ad semilibram saponis deest.»

Mendicus senex mitissimo vultu stupefactus matrem contuetur : «Unus nummus ?»

— Ita, inquam.

— Equidem do tibi.

— Mene a mendico stipem¹¹⁶ acceptare ?

— Mitte¹¹⁷ istaec,¹¹⁷ mulier, egomet isto

⁷⁵ uzsonnáig = bis zur Jausezeit ⁷⁶ gyere csak szaporán = spüte dich ⁷⁷ lesz = vorhanden sei ⁷⁸ öreg = alterschwich ⁷⁹ fiatalabb korában = als er noch jung war ⁸⁰ sok dugatni valójuk volt = viel darein zu stecken halten ⁸¹ nem hiába = nicht umsonst ⁸² göthös = siech ⁸³ szúette = wurmzerfressen ⁸⁴ foghíjas = zahnückig ⁸⁵ hitelből élt = lebte von Borg ⁸⁶ no te = ei du ! ⁸⁷ örzi = sie erhält ⁸⁸ fenék = Boden ⁸⁹ kirántotta = riss heraus ⁹⁰ meg-állj csak = warte nur ! ⁹¹ mindjárt lesz = sofort werden wir haben ⁹² zseb = Tasche ⁹³ legelső = die erste beste ⁹⁴ akadt = erwischte ⁹⁵ végigkutatta = durchsuchte ⁹⁶ sajnos = leider ⁹⁷ legjobb tréfával = mit dem witzigsten Einfall ⁹⁸ kicsalni = hervorlocken ⁹⁹ arc = Wangen ¹⁰⁰ el volt tiltva = war untersagt. ¹⁰¹ munkában volt = wenn sie arbeitete ¹⁰² persze = freilich ¹⁰³ eljött = war herangekommen ¹⁰⁴ ing = Hemd ¹⁰⁵ kútvíz = Brunnenwasser ¹⁰⁶ olajszenny = Ölleck ¹⁰⁷ lázasak lettünk = es fieberte uns ¹⁰⁸ bealkonyodott = die Abenddämmerung brach herein ¹⁰⁹ hiányos = nicht vollzählig waren ¹¹⁰ szatács = der Krämer ¹¹¹ nem adott hitelbe = borgte uns nichts ¹¹² tiszta szívóból = von ganzem Herzen ¹¹³ éneklő = singend ¹¹⁴ belébodulva = wie betäubt ¹¹⁵ heverek = liege ich da ¹¹⁶ alamizsna = Almosen ¹¹⁷ hadd el = lass das sein.

nummo non, egeo, tumulo egeo, sub quo omnia se¹¹⁸ meliuscule¹¹⁸ habebunt.¹¹⁸

Nummo in manum mihi tradito plurimisque et maximis gratiis actis pedem¹¹⁹ trahens¹¹⁹ porro¹¹⁹ graditur.¹¹⁹

«Deo gratias — inquit mater — nunc curre ...»

Tum paululum constitit, mox argutissimos¹²⁰ cachinnos¹²⁰ ebullivit:¹²⁰ «Nimirum tempestivo tempore nummi praestoi¹²¹ sunt!¹²¹ Qui¹²² possum¹²² me sero¹²³ diei¹²³ ad lavandum accingere?¹²⁴ Obscurum est iam, nec in lucerna oleum est». Mater cachinnans acerrimis¹²⁵ singultibus¹²⁵ correpta¹²⁵ est. Singultanti atque facie in palmas¹²⁶ ambas conditā¹²⁷ nutanti cum sustenturus adstitissem,¹²⁸ manus meae calido¹²⁹ quodam¹²⁹ suffunduntur:¹³⁰ sanguine carissimo et sanctissimo matris, cui tanta cachinnandi¹³¹ inerat¹³¹ facultas,¹³¹ quanta paucis pauperculorum hominum.

Finis.

¹¹⁸ jobban lesz = wird alles besser sein ¹¹⁹ eldög = humpelt davon ¹²⁰ nagyot kacagott = schlug eine helle Lache an ¹²¹ rendelkezésunkre áll = steht uns zur Verfügung ¹²² hogy tudok = wie kann ich ¹²³ későn = so spät ¹²⁴ hozzálatni = sich heranmachen ¹²⁵ fuldoklás jött rá = ein erstkickendes Schluchzen befiel sie ¹²⁶ tenyér = Hand ¹²⁷ hajtott = gestützt ¹²⁸ oda-álltam = stellte mich um sie zu stützen hin ¹²⁹ valami meleg = etwas Warmes ¹³⁰ ömlött el = strömte, troff ¹³¹ úgy tudott kacagni = so herzlich konnte sie lachen.



Locosa.

Reus, qui bracam¹ furatus est, oratione callidissima defensoris furti absolutus est.² Advocatus igitur causā finitā dicit reo: Licet, abeas!

— Veniam, advocate, exspectandum mihi adhuc est, dum testes discedant, quia bracā furatā indutus sum.³

*

Hellmesberger, fidicen⁴ celeberrimus, dum opus Beethoveni fidibus optime cecinit, Braunfeldum, scriptorem comoediarum varia, quibus audientes turbaret, garrire⁵ animadvertisit.

Postquam fidibus canere desiverat, adiit

Braunfeldum et ait: — Dedeuit te me fidibus canente garrire. Ego heri aderam in theatro, ubi comoedia a te composita agebatur, et — nihil ridebam.

*

Ujházy, iste celeberrimus histrio⁶ noster narravit aliquando amicis suis: — Haud credidi me adeo, ut hodie compertus sum, coli. Quando praetorium⁷ militare praeterieram, omnes custodes in porta dispositi maxima cum reverentia me salutabant.

— Gloriosius loqueris,⁸ dicunt ei amici.

— Minime. Interrogate modo duos tribunos militum, qui una mecum ambulabant!

Dr. Felic. Gondán.

*

Duo viatores unā peregrinabantur: Stephanus et Ludovicus. In vico quodam praeter hortum colloqui cooperunt.

Stephanus (qui hortulanus⁹ erat): «Aliquando produxi tantam brassicam,¹⁰ quanta est illa vacca». — *Ludovicus* (qui autem figulus¹¹ erat): «Aliquando tantam ollam¹² feci, quanta est illa domus». — *Steph.*: «Minime credo. Cur fuit tibi opus tantā ollā?» — *Lud.*: «Quia tuam brassicam coquere volui».

*

Duo stolidi Romam ibant. Meridie quendam convenient viatorem. Alter viatorem interrogat: «Dic, amice, procul est adhuc Roma?» — «50 chiliometra, respondet ille.» — «Ergo 25 chiliometra utrius nostrum obveniunt» — dicit stolidus.

*

Viator quidam longo itinere facto in oppidulum advenit. In deversorio¹³ unico pagi cenatus cauponem interrogat: «Habesne cubicula¹⁴ hospitalia?»¹⁴ — «Duo habeo, domine.» — «Quanti constant?» — «Pretium alterius 5 pengoenes, alterius 7.» — «Quid hoc ab illo differt?» — «In posteriore muscipula¹⁵ est.»

*Victor Kósa
disc. gymn. r. Keszthelyensis.*

¹ nadrág = Hose ² felment = freisprechen ³ van rajtam = anhaben ⁴ hegedűs = Geiger ⁵ cseveg = plaudern

⁶ színész = Schauspieler ⁷ parancsnokság = Platzkommando ⁸ lódít = aufschneiden ⁹ kertész = Gärtner

¹⁰ káposzta = Kraut ¹¹ fazekas = Hafner ¹² fazék = Topf

¹³ vendégfogadó = Gasthaus ¹⁴ vendégszoba = Gastzimmer ¹⁵ egérfogó = Mausefalle.

«Latrantes.»

(E Colomanni Mikszáth «Coniectaneis».)

Poeta quidam mihi amicissimus comoediam scribit Theatro Nationali, cui titulum : «Latrantes» dedit. Fama comoediae apud histriones optima habetur et felicissimus evenus¹ ei praedicitur. Histriones clarissimos in ea partes habituros² constat. Id tantum mirum et inusitatum videtur, quod in ludo latrabitur.

Die quondam nubibus obumbrato³ auctor forte extrema comoediae componit, cum quidam senex humili statura cubiculam eius intrat et prope mensam constitit.

Poeta valde admirans : «Quis es? — inquit — Quid vis?»

Ille vero : «Quaeso, . . . rogo te humillime . . . ego . . . ego . . . ego nemo sum!» — «Si ergo nemo es, dic, quid velit nemo?» — «Obsecro te, serenissime, ego sum ille, qui in theatro latrare solebam. Canem me esse fateor.» — «Canemne te affiras?» — «Ita.»

Timidus cum hoc dixisset, capillos canos manu sordida compsit.

— Quid ergo?

— Re vera peritus sum latrandi non secus ac canis. Quam artem scholaris⁴ didici. Feelli nonnunquam etiam canes ipsos ita, ut nullus ex iis mihi non irasperetur, cum in via seu platea obvius venisset.

— Perge!

— Audivi te, serenissime domine, comoediam scribere, in qua latrante opus esset.

— Hoc non negarim : ineunte actu secundo.

— Quapropter etiam veni, comperi enim te corde optimo esse. Scito ergo uxorem mihi aegram domi iacere et nihil habere, quod comedat. Veni te rogatum, ut in singulis actibus iuberet latrari.

— Aegre hoc, amice : non convenit⁵ fabulae.

— Atqui mihi persuasum erat hoc fieri posse. Et sperabam — dixit contristatus⁶ — fore, ut mei te misereat et omnibus aerumnis⁷ me liberes.

— Cui tibi usui erit, si ter latraveris?

— Tunc profecto ternos florenos⁸ accipiam, nam pro singulis vesperis merces mihi solvitur.

Poeta paulum meditatur :

— Quid tunc — inquit — si duo canes latraverint, unus dextrā, alter sinistrā?


— Optimum erit — ait ille gaudio exsultans,⁹ — nam filius meus aequae scite¹⁰ ac¹⁰ ego latrat. Nimirum¹¹ comoediam optimam habebimus!

— Ergo promitto me talem comoediam scripturum. I nunc domum, Deo favente, quam pulcherrime et diutissime latraturus!

Senex maximas grates rependens reliquit cubiculum, montem auri sibi oblaturum.

Gabriel Darás.

¹ siker = Erfolg ² szerepe van = Rolle führen ³ bo-
rongós = verdüstert ⁴ tanulókoromban = noch als
Schüler ⁵ illik = es passt ⁶ elszomorodva = betrübt
⁷ nyomorúság = Plackerei ⁸ forint = Gulden ⁹ ujjongva
= jauchzend ¹⁰ époly ügyesen, mint = ebenso geschickt,
wie ¹¹ kétségtelenül = zweifellos



De aranea¹ eiusque victima.

In maribus meridiem spectantibus² nautis persaepe appetet aranea pisces capiens, quae in herba et inter frutices³ vel ex insidiis⁴ perlustrat pisces in undis natantes. Piscem cum sibi convenientem aspicit, eum quattuor pedibus corripit capiti maxillam⁵ immittens. Piscis licet cunctis viribus amplexu⁶ se liberare conetur, hostem pati se comprimentem tamen cogitur. Mox, cum victima in summo iam periculo versatur, aquis submersus dorsum nunc radicibus in mari vigentibus, nunc lapidibus atterit,⁷ ut aranea liberetur. Paulo post victimam misella mortifero araneae veneno interfacta moveri sinit. Quo facto cadaver⁸ piscis natans ab aranea detrahi solet in locum abditum, ubi comedatur.⁹ Aranea pedes, quibus corpus piscis circumdabat, paulo relaxans¹⁰ requirit sibi rem, cui nisa¹¹ se mouere queat. Postea cadavere onusta sic pertransit vada,¹² ut domum rediens bene meritis fruatur epulis.¹³

G. Boros.

¹ pók = Spinne ² délividéki = südlich ³ bozót = Gebüsch ⁴ leshely = Hinterhalt ⁵ állkapocs = Kinnlade
⁶ szorítás = Umschlingen ⁷ odadörzsöli = anreiben
⁸ hulla = Leichnam ⁹ elfogyaszt = verzehren ¹⁰ meg-
lazít = lockern ¹¹ nekitámaszkodva = sich stemmen
¹² sekély víz = seichtes Wasser ¹³ lakoma = Schmaus.

Pro domo.

Nunc, cum ultimus huiusce anni scholastici fasciculus¹ ephemeridis nostrae prodit, non praetermittere possumus, quin lectoribus et sociis gratias quam maximas agamus, quod Iuventutem, quae anno superiore iam in discrimine² erat, tam benigne acceperunt, ut a mense Nov. iam pro octonis paginis duodenas dare potuerimus. Numerus non solum scholarum subnotantium, sed etiam lectorum singulis in scholis auctus est. Sunt gymnasia, quorum discipuli Iuventutem legentes veram multitudinem efficiant.³ In quibus primatum *gymnasium Madáchianum* sibi iure vindicat, cuius discipuli amici Iuventutis in imagine spectantur cum magistris linguae Latinae, quorum nomina sunt (ab laeva ad dexteram) : Franciscus e fortissimis *Esztergom*, Carolus *Buday*, Tiburtius *Kopp*, Iosephus *Pázmán* et Alexander *Regényi*. Haud multo minores letores habemus in *Scholis Piis* Budapestini gymnasioque de Georgio *Frater* nominato Miscolciensi. Gratiam⁴ referendi⁴ causā⁴ hic fasciculus, quia mensibus Iulio Augustoque Iuventus non prodit, praeter ceteros⁵ 12 paginas continet, adnotationes autem sicut ante bellum gentium, etiam Germanicae additae

sunt, ut et lectores linguae Hungaricae imperiti, et ipsi Hungari ex comparatione linguarum maiorem fructum⁵ percipient.⁵

¹ füzet = Heft ² válság = Krise ³ kitesz = ausmachen ⁴ hálóból = zum Dank ⁵ kivételesen = ausnahmsweise ⁶ hasznöt húz = Nutzen haben



GYMNICA

Nunc, cum Budapestini tertium universitatis conditae saeculum expletum celebrabitur, praeter ceteras sollemnitates etiam certamina studiosorum gymnica mense Augusto spectacula iucundissima praebebunt. Ex 35 nationibus 1300 athletarum, natatorum aliorumque nomina in tabulas relata sunt certatorum. Maximas e Germania, Britannia, Italia et Cescoslovacia adventuras esse catervas verisimile¹ est. Sed haud pauci certatores venient e Gallia, Finlandia, Austria, Batavia, Suecia, Helvetia, Belgica, aliquis ex continentibus Turcia, Japonia, Meridiana parte Africae, Nova Insula² etc.

¹ valószínű = wahrscheinlich ² Újzéland = Neuseeland.



Libri dono accepti.

Numeri loquentes. (Beszélő számok.) Composit
dr. Desiderius Zentay. Fasciculus III. Historia uni-
versalis. Politica gentium. Oeconomia orbis terra-
rum. Budapestini, 1935. Ex officina Societatis
Franklinianae. 104 paginae. Pretium 1·50 pengő. —
Quos res statisticae delectant, eis hic liber utilis
vere placebit.

Dr. Adalbertus Radnai: Liber tachygraphie Hungaricae unitae scholarum usui destinatus. Pars III. Logographia. (Beszédirás.) Editio II. perfectior. Budapestini, 1934. Editio Gyorsírásstudományiana. Pagina 1–92. Pretium 2'50 pengő. — Hoc opus praeter abbreviations gradus supremi etiam textus ferre 25 milium syllabarum ad dictandum apte dispositos continet.

positus continet.
Archivum Philologicum. Bpest, 1935. Annus LIX. Fasciculus 1—3. Redactum ab *Iosepho Huszti* et *Alexandro Eckhardt*. Editio Societatis Philologorum Budapestinensis. Pagina 1—112. Preium 2 pengő. — Ioan. Koszó : Memoria Iacobi Bleyer. — Andr. e nob. Ivánka : Fons Ciceronis De natura deorum II. 45—60. — Car. Marót : De problematibus praesentibus, quae historicos litterature Graecae manent. — Zolt. Alszeghy : Moralitas (drama scholasticum) Hungarica inedita XVII. saeculi. — Helena Király : Vita sanctae Elisabethae. (XIII. saec.). — Steph. Fábián : Gustave Lanson. (1857—1935.) — Opuscula minora Iulii Moravcsik, Mariae Révész, Eugenii Zoványi, Colomanni Timár. — Bibliographia librorum recentissimorum.

Bibliographia libri unius recensissimorum.
Alma Roma. (Latinitatis Praeconium.) Romae, Apr. 1935. Ann. XXII. Fasc. IV. Pro Ioanne Fishero et Thoma Moro. (Peroratio ab Augusto Milani, S. Consistorii Advocatorum Decano habita in S. Consistorio d. I. mens. Aor.) — Respublica Argentina in inferiore America pacifera. — Imperii via ad clivum Capitolinum. (Carmen Sapph.) — De voce latina apte collocanda. — De aluminio in speculis parandis. (Radioph. Vatic.) — Silentium et attentio. (Coll. lat.) — Annales. — Varia. — Iocosa. — Aenigmata. — Librorum recensio. — Anthea. (Ex fabula Petri Angelini—H. Sienkiewicz.)

Hypatia.

(7.)

Scripsit Carolus Kingsley. Hungarice reddidit Arpadus Zigány.
Excerpsit atque in Latinum convertit: Valentinus Fehér.

Cyrillus ad Philammonem aggressus utramque manum in capite posuit eumque osculatus est. — «Hoc, mi fili, non obliviscar. Scisne nomen feminae Aethiopis?» — «Mihi videtur se Iuditham dixisse.» — «Iam scio; ea est uxor ianitoris⁶⁷ Hypatiae. Proba, pia mulier, sed dolendum est, quod vir eius falsos deos colit. Bene fecisti, mi fili. Nunc adducite captivos Iudeos, vel potius mittite illos domum: cras eos quoque cum ceteris Alexandriā pellemus. Rabbinī Iudei me visentes pacem petiverunt. Evidem accepi, sed illi me frustri⁶⁸ foedus ruperunt. Nunc ergo poenā eos

Dominus persequetur. Crastino⁶⁹ diluculo⁷⁰
mihi 30 milibus hominum opus erit; quorum
ope vias Alexandriae ab Iudeis vacuefaciam.⁷¹
Ite.

Diaconi et presbyteri tergis versis abierunt, ut iussum peragerent. Philammonem, qui item eos sequebatur, Cyrus retinuit. — «Mane hic, mi fili. Tu, cum urbem ignores, facile aberrabis. Atqui etiam tuā operā mihi opus erit; cras enim negotiosus⁷² dies nobis illucescet.»⁷³

Philammo in angulo cubiculi Cyrilli dormivit.

⁶⁷ kapus = Pförtner ⁶⁸ becsap = betrügen ⁶⁹ hol-napi = morgen ⁷⁰ virradat = Anbruch des Tages ⁷¹ meg-tisztít = leer machen ⁷² dologtevő = arbeitsvoll ⁷³ fel-virrad = anbrechen

IV. Diogenes Iudaeus.

Altero die mane Raphael Aben-Ezra vigil
in lecto iacens otiabatur¹ et modo oscitans² in
antiquo libro Iudaico paginas³ percurrebat,
modo aures canis ingentis vellicabat.⁴ Tum
parieti librum impegit⁵ et in cubitum⁶ innixus
meditari coepit: «Optimum puto me castra
movere et hinc facessere.⁷ Hypatia est puella
periculosa. Tam diu scholam eius frequentavi,
ut tandem eam adamarem. Hahaha ! Iudaeum
sponsum, sponsam Graecam ! Stultitiae est
rem vel cogitare».

Eo temporis momento puer Aethiops ingressus Mariam, anum Iudeam adesse nuntiavit. Vix verba facere desierat, cum Maria irruit in cubiculum et extruso⁸ puero ianuam inclusit.

— Age, quid fit, anus? — quaerit Raphael admirans.

— Tene etiam nunc in lecto esse? — cor-
nicatur⁹ anus. — Non meas litteras heri ves-
pere accepisti?

— Aliquas vidi litteras in mensa, cum domum rediisset, sed cum somno gravissimus¹⁰ essem, non eas resignavi: en adsunt, da mihi, mater.

— O Raphael Aben-Ezra ! cur es tam
morosus¹¹ et negligens ? Cur pateris populum

¹ heverész = faulenzen ² ásit = gähnen ³ lap = Blatt
⁴ húzogat = raufen ⁵ odacsap = gegen etwas werfen
⁶ könyök = Ellenbogen ⁷ odább áll = sich schnell entfernen ⁸ kilök = hinausstossen ⁹ rikácsol = kreischen
¹⁰ álmos = schlaftrig ¹¹ mogorva = eigensinnig.

tuum, populum Iehovae electum a canibus pagani exscoliari atque ignominiari?¹² Dico tibi atque etiam scripsi in litteris Cyrillum iuravisse nullum Alexandriae Iudaeum hodie esse futurum.

— Tanto melius Iudeis. Iam enim, ut ego, sic illi abominati sunt¹³ assiduam hanc vexationem; ergo satius¹⁴ erit omnes discere.

— O mi fili ! — lamentatur¹⁵ Maria manus torquens. — Cur sic loqueris? Homines Cyrilli iam omnes vias intercluserunt. Audin strepitum et Iudeorum quiritationes¹⁶ Illi miseri, tuus populus, fratres nostri iam e domibus aguntur, pelluntur.

— Ah hoc etiam ad me pertinet ! — clamat Raphael exsiliens e lecto. — Heus puer, cedo gladium !

— Non agitur hic de morte — ait Maria. —
Illi simulatores nemini manus inferunt,¹⁷ immo
ne arma quidem habent. Cyrus Iudeos
ex urbe pelli iussit neque sanguinem effundi.
Sacerdotes eius in vulgo sunt neque ullam vim
fieri patiuntur. Actum est de Israele, periiit
vita populi mei !

Ad numerum proximum.

¹² meggyaláz = beschimpfen ¹³ megún = verabscheuen
¹⁴ jobb = besser ¹⁵ siránkozik = jammern ¹⁶ sikoltzás =
 Angstgeschrei ¹⁷ bánt = Gewalt antun.



Solutiones aenigmatum numeri VIII.

- Agaso centum equos habuit.
 - Versus librati*:¹ osor, eu, trio, fi, Dis, quā? ema(x), at, mi, usa, si, Troas, tiara, hinni, is, aof, Toani, raso, ut das, ex, stipula. — *Versus directi*:² of(f)a, sitis, do, ritus, es, quid? tu, Rha, ei, ominari, na, MD, nuit, -bat, sit, et, freno, eo, hos, tiaso, (in) Orco, mitti, unda, ama, aufer, π (= pi), en, mi, pot(e)ro, frixi, este, dorx, undi(que), Paul(us), usta, ita, uni, is, at. — Distichon quaesitum :

«Fidis quae manibus defendit totam Europam,
Custodem foede diripiuit Trianon».

3. Omnia eram et nihil expedit.

3. Omnia eram et nihil expedit.
4. Terminus

4. Terminus. 5. Cum se pr.

5. Cum se proclinans per fenestram prospectat.

Aenigmata recte dissolverunt. Budapestini: Lad. L'Eplattenier, Col. Schubaure. Eug. Feuyóházi (gr. *Universit.*); Teresia Benkő (thg. Veres P. (Mich. Mauthner, III. *klassis* (gymn. inst. pr. erud. adi.); Marianna Renner (*Sophianum*); Em. Farkas (gr. *S. Ladisl.*) — *Miskolcini*: Lad. Bubnó (g. *cath.*). — *Magno-Callone*: G. Bakonyi, G. Bicsánszky, Car. Birtha, Andr. Bornemissa, Lad. Borsy, Nic. Király-falvi, And. Perkedi, Lud. Tarpai, Jos. Úri.

Praemium sorte Ladislao L'Eplattenier, Geysae Bakonyi et Ladislao Bubnó obvenit.

¹ vízszintes = wagerecht ² függőleges = senkrecht

Digitized by srujanika@gmail.com

1

$D_0 = v_0$ cum cum.

Fr. Miederer
disc. rgymn. Szolnokiensis.

2

E verbis sinistrorum positis formetur novum ad dextris adumbratum.

dexter ad ambracium.	
1. cor, ast	= Dioscurorum alter.
2. sum, is, as	= Cynosura.
3. ad, Irus	= Sol habet ac circulus.
4. sic, nec, do	= pars coeli.
5. sol, ut	= flos Aegyptius.
6. cur, ita	= planta urens.
7. est, ver, lis	= summus pontifex, qui coronam dedit Hungarisi.
8. ira, mus	= Sullae adversarius.
9. gero, sol, Bal	= gens Galliae.
10. gula, Dis	= armorum quoddam.
11. vena, ius	= poëta Romanus.
12. tu, limus	= haud primus.
13. agnus, tum	= urbs Hispaniae ab Hannibale capta.

Litterae initiales efficiunt nomen imperatoris
Galliae. Zircensis

3

a	a	a	e	e	e	e	e	e	e	e	e	e
9	16	28	4	7	11	13	20	22	32	38	43	
e	i	i	i	i	o	u	u	u	b	l	m	
45	24	31	40	47	36	1	18	26	3	10	5	
m	m	m	m	m	n	n	n	r	r	r	r	
12	15	29	33	39	8	41	44	2	19	23	27	
r	r	s	t	t	t	t	t	v	v	p	p	
37	47	30	14	17	25	35	48	6	42	21	34	

1—48 dant dictum Jugurthae.

4


TAR I qu U S B U S

5.

Puella interrogata quot annos nata esset, respondit: «Mater duplos annorum meorum habet. Pater decem plus, quam mater habet. Nos tres 100 annos unā habemus». Quot annorum erat puella?

Victor Kósa

disc. VII. cl. rgymn. Keszthelyensis.



Corrigenda numeri 9. (Apr. 1935.) pag. 89. pro *subscribers*: subscriptibus moderatore et etc. — pag. 100. pro : *Periodi tui*: Periodi tuae. — M. R. Photographiam paginae 96. ab Ioanne Bapt. Székely (disc. VI. cl. gymn. inst. pr. er. adi.) acceptimus. — Aem. Láng, G. Kaul, I. Guelmino, Ad. Danczer, V. Gombár. Ad vos, Collegae carissimi, litteras privatas dabo. — Col. Schubauer. Iocus tuus anno proximo probabit. — Iust. Babnigg. Oratio de Horatio ephemeridi nostrae nimis longa et stili non satis simplicis est. — Dr. E. Pichler. Reclamationem tradidi administratori. — Aliis, quorum opuscula, litterae aut photographiae hic publicantur, gratias agimus.

Aestate, mensibus Iul. et Aug. Iuventus tacebit, lectores nostri carissimi corpus animumque refecturi otio fruentur, quod ut iucundissimum foret, universis ex animi sensu precamur. — Conclusio numeri proximi adornandi Non. Sept. (5. die Sept.)

Nominum index.

(Numeri paginas indicant.)

C. Ács 4, 5, 14, 24, 25, 26, 35, 37, 47, 57, 74, 79, 93, 105. Z. Ady 85. C. Attányi. N. Beltrame 92. A. Benedek 42. D. Bielek 54, 67, 81, 92, 102. Th. Birth 60. G. Boros 34, 67, 81, 99, 112. Th. Bruck 67. Capellanus-Lamer 6. Cicero 34 50, 80. St. Csics 39, 42, 51. A. Czuppon 16, 28, 39, 76, 85, 87. F. Dahn 99. A. Danczer 34, 50, 58, 66, 105. G. Darás 112. A. Fáy 80. St. Farkas 25, 42. M. Fazekas 25, 35, 47. V. Fehér 4, 8, 10, 15, 20, 32, 45, 62, 73, 85, 99, 114. E. Fenyüházi 98. E. Forró 96. E. Fray 40, 64, 72. C. Gáldy 85. V. Gombár 95. A. Gombos 25, 49, 103. F. Gondán 16, 27, 51, 111. Grimm 69, 82. I. Guelmino 88, 92. P. Gyulay 24, 59. L. Hölty 34. Horatius 58. A. Horváthy 27, 31, 52. St. Imre 51. I. Ieney 2. G. Kaul 69, 82. E. Keller 50, 80. C. Kingsley 32, 45, 62, 73, 85, 99. F. Koch 37. V. Kósa 27, 28, 31, 51, 52, 64, 88, 98, 111. Mich. Kramer. Aem. Láng 20, 31, 43, 60. A. Lepold 36. Fr Leszelles 74. Franc. Marossy. E. Mayer 30. B. Medveczky 76. Fr. Miederer, L. Mihálcik 80. Col. Mikszáth 112. S. Módry 12. S. Móricz 93, 109. G. Némethy 59. Pacelli 101. G. Pál 28. Pilsudsky. Eug. Pintér 108. Pius XI. 65. Plinius Maior 72. F. Rákóczi 78. Iustin Serédi 89. G. Steiner, M. Szahulcsik 51. P. Szilasi 43. A. Thieben 16. I. Törs 98. I. Vattamány 90. I. Wagner 20, 31, 43, 64. G. Weisz 85, 98. A. Wilusz 108. Zircensis.

Rerum index.

Capita principalia: Lectoribus salutem 1. Odeum regium Hungaricum (1884—1934) 9. Dies 16. Novembris (1919—1934) 17. Sollemnia natalicia Iesu Christi 1934 : 29. Iuventus 1910—1935 : 41. Bimillennium Horatianum 53. Pius XI. Iustiniano Serédi gratias agit 66. Franciscus Rákóczi (1735—1935) 77. Litterae Iustiniani Serédi 89. Litterae Cardinalis Pacelli 101.

Carmina: Carmen somniferi modi 6. Puer pro patria laborans 25. Agricola senex admonet filium 34. Ad misericordem 42. Cum legerem Horatium 59. Carmen legionum Romanarum 99.

Lectoribus minimis: Avicula et Rosula 3. Molitor eiusque filius 10. Ioannes Fortunatus 18. Sapiens et portitor 30. De origine testudinis 42. Schola Orbili plagi Romae 54, 67. Flores Francisco Rákóczi 81. Adsunt ciconiae nostrae 92. Pilsudsky 102.

Arena: Epistola Gymnasii Buscensis 20. Regulus pius 31. Anus versuta 31. Dickens latro putatur 43. Puteus atrebaticus 66. De turture 80. De calva Shakespearii 80. Mus et mus rattus 90. Xanthus sponsonem vincit 90. Georgius Stephano S. D. 105.

Geographia: Vindemia Tocaiina 15.

Gymnica: 13, 37, 49, 94, 113.

Aeronautica: 4, 22, 109.

Oblectamenta: 67, 80, 112.

Varia: Al. Frimil septuagenarius 2. Ciconiae ad bellum proficiscuntur 26. Arx regia Arpadiana Strigoni 36. Horatius apud Augustum 56. Curiosa 67. Eug. Pintér prof. Univ. 92. Calevala (1835—1935) 95. Mackensen 104.

Narrationes et fabulae: Caesar et astrologus 20, 31, 43. Matthias anser 25, 35, 47. Hypatia 32, 45, 62, 73, 85, 99, 114. Spiritus vitro inclusus 69, 82. Horatius mihi apparuisse 60. Princeps Valliensis iocatur 74. Passercula 90. Septem nummi 93, 109. Latrantes 112.

Nuntii: 4, 12, 23, 36, 48, 70, 83, 96, 106.

Salse dicta: 2. Pauli Gyulai 24, 88, 95.

Ex auctoribus Romanis: M. Aurelius 10. Horatius 58. Ex C. Plinii Sec. Historiis Mundi 72.

Ex archivio Latino Hungarorum: Franc. Forgách Mors Georgii Szondi 5. I. M. Brutus Ungarorum libri 13. Odilo 25. Vita S. Wicberti 49. Franc. Rákóczi II. 78. S. corona Hungarica 103.

Sententiae: 34, 35, 37, 50, 58, 66, 105.

Iocosa: 7, 15, 27, 39, 50, 60, 74, 98, 111.

Notae musicae: Canon 14. Dulce et decorum (Hor.) 46. Canon 83.

Litterarum commercium: 20, 89, 101, 108.

Aenigmata: 8, 16, 28, 39, 52, 64, 75, 87, 116.

Solutiones aenigmatum: 8, 16, 27, 39, 51, 63, 75, 87, 115.

Libri dono accepti: 52, 63, 71, 96, 114.

Epistola Officialia: 8, 16, 28, 40, 52, 64, 76, 88, 100, 113, 116.

Sumptibus Societatis Magistrorum Intermedi-scholarium Catholicorum. — A Katholikus Középiskolai Tanáregyesület költségén.

(*Praeses*: DR. IOANNES KISPARTI, elnök.)